Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Impleta illa exoptatissima promissione dni
qua dicit: Et non docebit unusquisq; proximum
suum: et unusquisq; fratrem suum dicens: cognosce dnm qm omnes scient me a minore usq; ad maio
rem eorum: Coquebantur autem panes ante sabbatum:
ut Iosephus scribit duo duo diuisi ante sabbatum:
et sabbato mane oblati sup sacra mensam ponebantur. seni ad alterutrum conuersi: Duab; pateris aureis sup positis turis plenis quae permanebant ad aliud sabbatum: et tunc pro illis alii depositabantur.
illi uero sacerdotib; exhibebantur. et turis incensio
in igne sacro inquo omnia holocausta fiebant:
aliud tus sup alios panes adiciebatur. quodq; in
libro regum scriptum est: quia dauid tabernaculum
ingressus panes sanctos a sacerdotib; accepit sabbato
mane factum est: Uenit enim ad tabernaculum illa hora
qua panes septimana precedentis sublati erant de mensa
dni: ut ponerentur panes noui qui pridie fuerant
cocti. sicq; panes sanctos accepit ut ne ad momentum
quidem horae mensa dni sine pane maneret. unde
solet tur adhuc considerare libet q, panes p singu
la sabbata mutari iubeantur. Namq; ita mutaban
tur ut singuli eorum et sabbato inponerentur in men
sam: et sabbato rursum ablati in esum p ficerent